



OSTROŻNIE
PRZEWRACAĆ KARTY !

DANIELIS
RINDFLEISCH
BUCRETII

PHIL. AC UTRIUSQ. MED. D.
REIP. URATISL. PHYSICI
ORDINARI

Lemma Symbolicum

Vinco ferendo,

VARIIS AMICORUM
EPIGRAMMATIS
ILLUSTRATUM.

Cui addita sunt sub finem nonnulla ex ejusd.
nomine Anagrammata.



881, 308

LIGNICII typis Sartorianis.

A. Chr. MDCIV,

316343

THEODORO, DANIELLI
ET PHILIPPO-IACOBO

RINDFLEISCH BUCRETI S:

NOBILIS. ET CLARIS. VIRI DN.
DANIELIS BUCRETI,
P. & M. U. D.

ac Reipub. VratisL. Physici Ordinarii FFF. Fratri-
bus Germanis, egregiæ indolis atq; spei
optimæ adolescentulis S.

QVæ docta Patri carmina Musicæ
Scripsêre Divæ, nominis ævicam
Famæqve claritatem avitæ
Contribuentia honore pleno;
Hæc ecce vobis, corcula amicula,
Fraterculorum triga ter optuma,
Hæc charteâ sacrare in arâ
Vester amor jubet atq; virtus,
QVæ nunc tenellâ cordis ab arculâ
Felicioris prominet ingenI
Mirâ indicinâ, effigiati &
De meliore luto cerébri.
Spes hæc parentem pectore in intumo
Concepta, matrem spes eadem hæc fovet:
Spes hæc meo favensqve voto
Hæc eadem mihi pollicetur.
Fortes creantur fortibus : ingenI
Bono celébres ingenio bonos

A 2

Qvæi



Quæ non propagent, dotibusque
Eugeniæ generosioris?
Virtute præstans est Pater, & gravi
Celebrioris nominis augmine:
Hinc ejus in laudes feruntur,
Qvos pius urget honestioris
Virtutis ardor, quosque polo arduos
Evexit alto Castalidum labor:
Omnes in uno hoc qui teneri
Haut pote sunt tenui libello.
Nomen parentis pars Anagrammate,
Pars lemma versu symbolicum altera
Donavit, in templo hoc lubensque
Lemma sui posuit favoris.
Brevi sequentur fors alii quoque;
Atque ut sequantur, devoveo unicum,
Parenti amici, amici & ipsis
Mente, manûque favente vobis.
Sed Vos & ipsos moribus addebet
Exasciatis indugredi arduam
Virtutis orbitam, & parentis
Ponè sequi ingenium atque famam.

M. CASPAR CONRADUS
P. C.

FEREN-

Ferendo vinco.

S Y M B.

D. BUCRETI D.

Quod fors fert, patiare ferens: sin fortè repugnes,
Te ladens, quod fors fert, tamen usque ferens.

DAVID CHYTRÆUS D.

Vicisti, fateor, BUCRETI, sæpè ferendo,
Mascula fortuna tela, agilesque dolos.
Et tua terribiles fregit patientia dentes,
Quorum os melle, at cor felle madebat iners.
Nilque adeò est monstrosi in lativio orbe, ferendo
Quod tua non virtus, dexteritasque domet.
Hactenus. ast animi modò sit vicisse potestam:
Nam, si te contra vel minimo ire paret,
Frustrà animi magni fuerint, durataque membra:
Plangesque obtrito mox capite omnis humum.
Scitoque exutus, cogère audire: ferendo (potest.
Vincere cunctum hominem vis animi una.

JANUS GRUTERUS D.

Pacis amans lites omnes fuge; vince ferendo:
Hic potior quavis strage triumphus erit.

NATHAN CHYTRÆUS.

Læsus es à quoquam: vindictâ trade JEHOUÆ:
Ille tui, quàm tu, justior ultor erit.
Tu damna officiis ulciscere. Rectiùs hostis
Vincitur, invitum si tuus urat amor.
Tunc alios vinctes, ubi te tu viceris ipse:
Ut benè te possis vincere, discè pati.
Possè pati, laus est: animas Patientia servat,
Concilians homines, conciliansque DEUM.

HENRICUS SMETIUS D.

Quid miser arumnas & acerbi tristia casus
Damna, quid instabiles sorte rotante vices;
Quid duros lacrymis defles gemituq; labores,
Pervigil in curas nocte dieq; tuas?
Siccine Fortuna rabiem lenire malignam,
Sicne ictus, sic te frangere tela putas?
Nil agis, & luctu frustra contendis inani:
Non ictus, non sic frangere tela potes.
Non gemitu aut lacrymis Rhamnusia flectitur
Præcipites versat sed sine sine rotas. (ullis:
Desine; & adversos erecto pectore casus
Ferre, licet videas mille pericla, stude.
Firma quies animi, nullis turbata procellis,
Sistet in optato teq; ratemq; loco.
Pergin? & iratis etiam te oppohere tentas
Fluctibus, & medio bella ciere mari?
Stulte, quid obnixus ventis pugnare sonoris,
Savaq; vis flatu pellere flabra tuo?

Heu

Heu nimiumq; miser, nimiumq; insane! Peribis:
Et feret in tanto turbine nullus opem.
Nullus opem tibi ferre potest. Ah mitte furorem!
Mitte supervacui triste laboris onus.
Quid dubitas? te Fata trahunt: tibi Fata resistunt:
Fataq; te tantis implicuere malis.
Hac sequere: hac ledi nequeunt mortalibus ausis;
Nec capit alternas mobilis ordo vices.
Stat gravis aternâ Fatorum lege voluntas,
Stabit & haut ullo dissoluenda modo.
Non mutat decreta sui certissima pensis;
Non Lachesis fusos scit cohibere suos.
Ergo quid adverso nequidquam numine fudes,
Et cumules penas in tua fata graves?
Me potius; Me, si quid agis, mihi deditus, audi,
Consiliisq; arma pectus inerme meis.
En adsu Dea, qua DURUM, PATIENTIA, FRANGO,
Mollia sub cuius numine secla fluunt.
Illa ego Fortuna & Fati fortissima victrix,
Omnigeni domitrix nobilis illa mali.
Me cole, meq; animo semper venerare quieto,
Quisquis es, & nostro numine tutus eris.
Fors fera mitescet; mitescet flebile Fatum:
Diffugiet gemitus, cum gemituq; dolor.
Sollicita nusquam cura; non luctus acerbus;
Non lacryma tristes; non tibi questus erit:
Sed tranquilla quies, pacataq; otia vite,
Et mens cœlicolis æquiparanda Diis.

A 4

Tu

Tu modò Fortunam jam nunc, tu despice Fatum,
Et ferre horrificas disce utriusq; minas.
Disce feros arcus & spicula tincta veneno
Spernere; nec telis vulnera facta time.
Sume animū, magniq; animi insuperabile robur:
Instrue vi solidā pectus, & arma cape.
Arma, quibus vanoq; metu, & terrore fugato,
Obvia crudeli strage pericla cadant:
Victor & exsuperes invicto pectore; ut hostes
Te metuant, fugiant, nec nocuisse velint.
Qualis in aqvora rupes immobilis undā
Flatibus, & tumidi fluctibus icta maris:
Quam circum rabies ventorum & turbida ponti
Adsiduo latrans ira furore fremit:
Perstat, & excelsā scopuli se mole rigentis
Dum tenet, allisā verbera spernit aqua.
Incursusque maris, caliq; minantia ridet
Murmura, & enerves inde, vel inde minas.
Mox fragor immoriens lægvescit, & unda recedit:
Spumans hinc aestus, canaq; bulla perit.
Sic ubi vesanos placidè toleraverit ictus
Pondere nullius mens labefacta mali:
Franges savitiam, & plagas ridebis inanes,
Lataq; securo gaudia corde feres.
Nubila fortuna fugient, discussaq; Fati
Horrida tempestas Sole oriente cadet.
Et tibi pura dies, totoq; innubilis aeo
Vita suum molli tramite curret iter.

Qui

Qui mala, qui casus patitur constanter iniquos,
Post potitur solidis, perfruiturq; bonis.

VALENTINUS ACIDALIUS D.

VIta hominum instar habet vasti latè aqvoris,
Ancipiti facimus conditione pedem. (in quo
Quot puppim allidunt fluctus, quot turbina tur-
Effrenes animas cum pater ire sinit: (bant,
Cura nos totidem, totidemq; adversa fatigant,
Et quemvis acido felle perinde premunt.
Quid faciam erumnis etiam ipse exercitus iisdē?
Anne furente manus conferam ego pelago?
An ventos contra spirem? lapide ut canis icta,
Dente illum rabido, quo fuit icta, petit?
Nequicquā. & mentē hoc prodat rationis egenā,
Et durus fuerit durior inde labos.
Duritiem fortis PATIENDO frangere discas.
Quantumvis durum, si patiare, leve est.

ISAACUS MEMMIUS,

Quæ vitam adsicant hominum sunt plurima;
Pauperies, aestus, frigora, bella, sames. (morbi,
Haut tamē hæc aqvè sunt omnibus aspera: vincit,
Qui fert: ut possis vincere dura, feras.

BALTHASAR CAMINÆUS D.

EA S

Sunt

Sunt duo, quæ vincunt: Vis & Patientia: mundo,
Vi superare, placet; Spe patiente, DEO.
Vi reprobis, tolerando probi dura omnia vincunt:
Numen habet, qui fert: fers quia, Numen habes.

CAROLUS GREUSERUS D.

Vita labor: vincitq; labor: ferre estq; laboris:
Et tria sunt unū, Vita, & Victoria, Ferretq;.
Dum fers, est tua vita labor: labor iste ferendo
Vivere dat, vitamq; fovet; dat vincere mundum.

Idem.

UT maris in medio basibus benè fulta profundis
Rupes vasta suo consilii robore firma:
Nam centro innixa est immani pondere molis,
Inq; inum tendit magna ad fundamina terræ;
Exertum interea licet inspicere cacumen,
Sublimi liquidum superans ubi vertice campum,
Grande onus insanos solido stat corpore fluctus
Contra, atq; intrepidè contemnit comminutantes.
Quanto etenim magis alta freti tormēta tumescunt;
Impete quamq; ruit vehementius unda boante:
Tanto sorte magis miseranda discutuntur
Pondere laesa suo, dispersaq; disq; sipata:
Sic vincit sapiens confiantis corde ferendo.

JORDANUS BRUNO
Nolanus.

BUCRETI

BUCRETI, unde nova ars hominum tibi
suppetit uni,
Seu Fors est, seu Vis, Cœlituumve favor?
Quoi succumbenti cedunt hostilia palmā,
Proq; manu opponens tergora, victor abis.
Inter prima foret meritò mortalibus, uno hoc
Depugnare omnes Marte inimicitias.
Parq; adeo foret, haut alio adversa omnia nisi
Amoliri, ut quæ sunt sine nulla DEO.
Quidnam aliud certare malis, obsistere stultè
Quàm superis, in quos quid tua bilis agat?
Maçte tuā, Alcide, strategemā, atq; tropæis
Perfruere, hocq; animi robore fortis ova.
Splendida, DI magni, victoria, summa triumphi
Gratia, Fortunam vincere more tuo!

CASPARUS ARNOLDI.

Cum tot facta malis, totq; undiq; facta periculis
Tempora, flebilibus dilaceranda modis,
BUCRETI, Aonidum flos pure, unumq; Moneta
Delicium, una Deum cura Heliconiadum:
Qua tibi mens? aut quænam animo sententia surgit?
Quod tibi cor? facie hac rerum inamabilium?
Numquid discruciare animi? luctuq; perenni
Divorum incusis, Terrigenumq; fidem?
Anne ea, quæ semper, DURUMPATIEN-
TIA FRANGIT,
(Hei nimium nostris commoda temporibus!)
Tetc

Tete habet? ut *Sophiæ* procul alto à culmine mon-
Sis potis humanas despiciere affanias : (tis
Et nequeas convelli à turbine sortis iniqua,
Sive ea flet fausto flamine, sive malo.
Sic puto, *Natura* cum te haut imitabile rursum
Dix opus Humanis cœtibus infereret,
Consensu simul unanimi, unanimiq; operâ omnes
Æternos pariter sic statuisse Deos,
Non fore, quem sortis vis aut violentia posset
In mala parvanimum trudere præcipitem :
Sed fore, qui doctas *Parnassi* à culmine *Musas*
Dulcifonæ posses voce ciere *lyræ*.
Qui lapides animare modis, *Amphionis* instar,
Aurículas refluus indere fluminibus.
Et quondam ut cantu tristes *Oeagrius Orpheus*
Dicitur ad manes isse, redisse vias :
Ad *Cocytii* ires flammæ, nigrantia *Ditis*
Regna, & sic facili concineres *citharâ*.
Ut sua lingventes fatorum stamina *Parce*
Te solum intentis adspicerent oculis.
Immemoresq; ipsos pœnarum carmine *Manes*
Ad tactam saceres membra movere *chelyn*.
Ires *Elysi* ad sacra tesq;va, beata ubi doctorum,
Heroum est sedes, magnanimùmq; Ducum.
Et caneres; cantantem audirent suaviter omnes,
Furarentq; atro cum *Fove* *Persephonen*,
Nil doctum mage, nil umquam mage dulce, poli-
Se potuisse suis percipere auriculis. (tum &

Atq;

Atq; ibi confestim multus sermo omnibus esset,
De tantâ ingenii nobilitate tui.
Quin aliquis senior tacito hæc ita diceret ore,
Unus quondam *Orpheus* heic in honore fuit.
Sed velut ingenio cunctos superaverat olim ;
Sic nunc *BUCRETI* vincitur ingenio.
O *Natura* ingens ! ô te admirabile monstrum !
In quem tot faciles *DI* bona contulerunt.

CORNELIUS MARTINUS
Antverpiensis.

CENTO VIRGI-
LIANUS.

Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
Quid petitis ? ne tantæ animis advescite bella.
Quid tantum insano juvat indulgere labori ?
Quo res cunq; cadent, non me vis ulla volentem
Avertet. PATIOR, quemvis durare laborem :
Ibo animis contra : nil me fatalia terrent.
Mens immota manet; Rex *Juppiter* omnib; idem.
Illi *Victor* ego, per tot discrimina rerum,
Per varios casus, *Famæ* venientis amore
Dona feram, haut ulli magnorû indignus avorû,
Et patiens operum, tanta est victoria cura.

M. HENRICUS MEIBOMIUS
P. L.

Vincere

Vincere vult quivis: at recto tramite palmam
Qui quarat, raris: Vince ferendo, feres.

M. NICOL LUDOVICUS.

Induat arma, aciem subeat, vi proterat hostem,
Martia quem præcepit rapta ad arma furor.
Pugnet in adversis, fatiq; recalcitret amichs,
A quo Jhovæ amor, à quo timor omnis abest.
Non ita BUCRETIUS, Pietas cui regula vitæ,
In cujus residet pectore viva Charis.
Ille, quod ad Jhovæ nutû obvenit, omne ferendum;
Illeq; vincendum id omne ferendo putat.
Quodq; putat statuirq; animo, re comprobât ipsâ,
Victorem omnimodæ dum propè fortis agit.
Qui poterat meliùs? qui vincere certius? Euge
Optime victor ave! maxime victor ova!

M. SIM. GRUNÆUS.

Mlra crucis ratio, credenti congrua tantùm:
Encervando fovet, precipitando levat.
Entheus hic vigor est: qui rebus durat in arctis,
Vincit is ante homines, vincit is ante Deum.

NATHANAEL TILSIUS à Tilenau,
P. C. L. & Civis Romanus.

Impositum

Impositum prudenter onus subiensq; ferensq;
Id, cum opus, adversis opposuisse potest.

Id, cum opus, ipse sibi supposuisse potest.

Id, cum opus est, aliquò deposuisse potest.

Id, cum opus est, aliis imposuisse potest.

Id sibi thesauro seposuisse potest.

Id post cum lucris exposuisse potest.

M. JOHANNES ab HOECKELSHOVEN.

Ferre adversa, grave est: gravius sed, vin-
cere: ferre

Cui leve fit, quidvis vincere deinde potest.

Ferre, grave est primò; leve sed fit ferre, ferendo:

Quò levius ferre, hoc vincere fit levius.

Idem.

Victa diu, tandem victrix Patientia orabit:
Vincere vis? humero fer patiente crucem.

M. LAUBANUS.

EGregium, at rarum certandi schema! FERENDO
VINCERE: sed quantum, si foret orbe frequens!
Amphitruoniades non his consideret armis:
Sic, nasci armatum Pallada, numquid opus?
Militiæ genus hoc Sapiens Patientia tantum
Nobiliore luto progenitos docuit.
Cominus instanti submittere terga periclo,
Et placidum duris sternere rebus iter:

Tum.

Tum fracto insultare hosti, calòque trophæa
Erigere, ac uni solvere Sostra Deo:
Non ferie artis, ut usu opus hic: quo dum cluis unus,
BUCRETI, ex merito VINCO FERENDO, tuum est.
Sic Vatum clarare labor: His cessero sponte,
Præstando tecum sed mihi certus agon.

J O A N. T I M Æ U S. P. L. C.

BLanda ligant mentes; percellunt aspera Fata:
Aspera sors ictus, vincla secunda trahit.
Vincior: at vinco. ferior: fero. VINCO FERENDO.
Blanda fero vincens; aspera vinco ferens.

BARTH. BENCKIUS Pastor
Namslavienfis.

UT vincas, ferias, ajunt pleriq;: ferire
Si nolis, nullo tempore Victor eris.
Sunt alii, quibus est melior sententia: Victor
Ut fias, ajunt, plurima disce pati.
BUCRETIO hæc eadem potior sententia visa est:
Hac ratione omnes vincit, & unus oval.

PETRUS HAUNOLD.

AD cælum quæ mite manus & lumina tendens,
Voce Deum querulâ Fæmina poscit opem:
Fæmina strata super cinctû undiq; fluctibus Orbẽ,
Atque geiens dorso, non renuente, crucem:
Instar

Instar habet virtuti. Ea est Patientia, rerum
Quæ confusarum turbine pressa, gemit.
O gravibus vexate malis, fac, Vince ferendo,
Quò precium palma, quò diadema feras.
M. ANDREAS CALAGIUS P. C.

Non benè decertas, convincere tristibus armis
Dicta & facta hominum singula, quû quis a-
Sapè rebellando, succumbis sapè, jacesq;: (mas.
Quoq; magis jactas, hoc magis arma crepant.
Vita quidem non omnis habet, quòd pace fruatur:
Ac plerunq; bonis reia tensa vides.
Victurus, non arma para, sed Vince ferendo:
Vincere, qui doctus non nisi Ferre, potest.
Idem.

NÆ sit magni animi, probeq; culi,
Adprimeq; sui potentis, aqvè
Omnem injuriam, & insuper malorum
Quodcunq; eluere, & putare ludum.
Multum proficiatur huic reapse;
Victor quæi egregiè triumphet, atq;
Intentam jugulo suo macharam
Infringat penitè, retorq;veâtq;ve.
Frustrà à quilibet hæc simul requiras:
Abs illo mage rectius, cui imum
Pyrene labium, annuente Phæbo,
Plenè proluit, & novem sorores.
Hinc & te, ô animi mei voluptas,

B

BUCRETI.

*BUCRETI, haut minimum tulisse fructum,
Exemplo satis integrè politum,
Pectus, fixaq; mente norma vita.*

FRIDERICUS CORFINIUS.

*SI dura fors adstigit improba lingua;
Si morsus urit corda; deniq; aduersi
Quidquid vel ægri rebus ingruit nostris;
Non induo arma, non repono vindictam;
VINCO FERENDO, & vindici DEO iusto
Permitto cuncta. Nobile hoc genus palmæ est,
Rarumq;, quo tu gloriosius longè
Vincas, in hostem & amulos tuos, quàm si
Ducas cohortem, & Marte & arte decernas.*

HENRICUS CLINGERIUS de Abieto
Myſiamontanus. JC.

*LUBRICA fors casus hinc inde minatur; at hosce,
Res est Christigenum congrua, ferre, gregi.
Vincit is obsequio, quàm fas, patientior itq;
Contrà, promissam dum DEU s edat opem.
Ipse quoq; experior; placidâ fero mente, quod us-
Evenit, & tanti spe mala vinco boni. (quam*

JOANNES BREITHOR P. L.
Ducatu Glogov. à libellis.

*O Mem, te referet Christus in atheris
Arcem. Vah quid agis? mansio perpetim
Cælum*

*Cælum est. Nonne vides quàm
Insom ipse TULIT crucem
Clamans, mène relinquis Deus ô Deus?
Hyssopo & sine aceto jugum amabile
Nobis subdit amicis;
Et craticula onus leve.*

*Non Serpentigena vis eadem: nihil
Lex juris: fera Mors pressa jacet cruce:
Quamvis fulmina inermes
Volvant; non tamen obruunt.*

*O Princeps Erebi, ô Mors ubi aculeus?
Nil fractis tabulis conscia meum mali
Fidit: tu nisi Christe
Vires addideris. Juva.*

*Mundi te Duce qua sunt mihi tadia,
Quam seivus rapidam infert violentiam,
Hostis, VINCO FERENDO,
Munitus fidei pedo.*

M. JOH. BRACHMAN
Sch. Fraunstad. R.

*FUMO proximus est calor
Flammæ, ab ignibus ergo
Qui caleſcere amat, pati
Non recusat acerbi
Fumi amaritiam: nucis
Testa frangitur illi
Esse qui nucleum cupit:
Læta nempe potiri,*

B 2

Ni

Ni quis dura ferat, nequit :
Vera gaudia numquam
Deses mollities parit,
Dulcitas rata amaro
Ex dolore tibi venit
Parta, dura ferendo
Vinces. aspice qui feris
Fluctibus violenter
Obniti Oceani parat,
Concitisve procellis
Pugnet Æolii agminis,
Frustra ut omnia tentet,
Et malis gravioribus
Se magis implicet ipse,
Quæ vitare facul foret,
Si obsecundet utrisq̃.
Fer moram exiguam, cadent
Sæva flamina Cauri,
Et ponet tumor æquoris,
Turbidiq̃ furores,
Sistent & placido loco
Te tuamq̃ carinam.
Sic & non stabilis rotæ
Diva vi superari
Qvit nullâ, graviore flagro
Hæc Tyranna flagellat
Cor dextræ impatiens suæ;
Victa at ipsa recedit,

Siquem

Si quem forte videt vices
Mente ferre quietâ,
Quas versat miseris : Deus
Quin ter-optimus ipse
Hac gaudet Patientiâ.
Quos enim ille amat, urget
Flagellis gravioribus,
Murmurare sub ictu
At justæ ferulæ licet
Nemini ; magis votis
Spe numquam dubiâ poli
Templa lucida pulset,
Menteq̃ impositam crucem
Perferat patiente.
Differt sæpe quidem suam
IOVA opem, & cruce longâ
Exercere solet pios;
Fallit haut tamen unquam
Promissum auxilium :
Fine namq̃ beato
Qui sperat fruitur, capit
Floreamq̃ coronam
Tandem victor ovans, malum
Prosperè omne triumphans.
BUCE TI hæc animo pie
Volvis, atq̃ frequenti
Præclare ore eadem exprimis,
Nec minus quoq̃ factis.

B 3

Maſte

Macte esto hac sapientiâ !
Perge tristia ferre,
Ut cœpisti, placidè : nequis
Non abire ab agone hoc
Victor, latâ & adoreâ hinc
Adfici : cja ita vinces
Sortis ludibria improbæ,
Sic ferescq; corollam
Plexam cum gemitu hostium,
Cum favore Bonorum,
Terris conspicuam, poloq;
Absq; sine virentem.

Observantiæ ergo f. M. Majo Anno 1604.
M. DANIEL VECHNERUS Aurimont.

Ut poterūt, alii vincant: Ego VINCO FERENDO.
Sic, mage quò quatitur, sax micat igne magis.
Sic, mage quò teritur, fragrat aroma magis.
Sic, mage quò foditur, terra benigna magis.
Sic, quò onerata magis, tuta carina magis.
Sic, quò cocta magis, pura metalla magis.
Sic, quò pressa magis, palma supina magis.
Sic, quò grana magis obruta, sana magis.
Sic, quò cesa magis, nux opulenta magis.
Sicq; putata magis, vitis amœna magis.
MELCHIOR AGRICOLA P. L.

Quid Vita est? Pelagus dubiâ sub sorte malorum,
Fluctibus undisonis ceu mare, vita fremit.

Heic

Heic varias miscent acies ac prælia venti;
Heic scopuli dubias sæpe dedere vices.
Heic truculenta movent navi, nautæq; pericla
Monstra : quis his vacuus vela vehenda feret.
Omnibus una salus nautis, unumq; periculum,
Et venti, & scopuli, monstraq;, quosq; premūt.
Ergo quæ miseris nautis datur ulla salutis (FERO.
Anchorâ? VINCO malum, dum benè quodq;
Est medicina mali VINCO: sed VINCO FERENDO:
Sic ventos, scopulos, sic fera monstra premo.
Nobile vincendi genus est: qui fert benè, vincit:
Navigat infelix, qui caret hujus ope.
Ergo mihi tuti est statio placidissima portus;
Quisquis eris, vis vincere, disce pati.
M. JOANNES WERNERUS Hannoveranus.

EXere, quidquid habes artis, Fortuna, dolive,
Inq; meum vibra, quod potes, omne caput.
Sive secunda voles mihi, sive adversa venire,
Ut liber, inconstans utere more tuo.
Nil tamen efficies: patiendo Victor abibo.
Hac, ut te rumpas, invida, laude fruar.
M. FRIDERICUS DEDEKINDUS.

PERfer & obdura: Christi victoria certa est:
In Christo vinces, quidquid in Orbe mali est.
M. HIERONYMUS HENNINGES Luneb.

Vicisti dudum: quid ais, prædura ferendo
Vincam, Victricis Cultor avaritiæ?
Nam quodcunq; boni tibi fortunatior ætas,
Et quodcunq; mali tristior hora tulit,

B 4

Heroo

Heroo vicisti animo : tua praelia vidi,
Et nonnulla simul parta tropæa tibi.
Ipsa at dum superanda quoq; est Victoria multis,
Num tibi vincendam hanc, scita tua, esse, mo-
Omnia vicisti ; restat nihil : Ergo ferendo, (nec)
Ne spes plus habeat poscere, vince nihil.

BALTHASAR PANCRATIUS Borussia.

SAt durum est adversa pati; at magis durius est hoc
Ferre. Sed hæc contra vincere quid satius?
Hæc scitum lemma hoc! mala vincere docte ferendo
BUCRETI, dum fers vincis & illa simul.

VAL. LUDOVICUS Lig.

INVICTUM quis te, BUCRETI, dicere nolit,
Qui sortem invicto vincis utramq; animo.
Si sævet, & molli spirat Fortuna tepore;
Non tumido instabiles excipis ore Notos.
Si tonat, & furias Orbis minitatur & Orci;
Non timido trepidus ad rigida ausa pede.
Non timidè Tu, non tumidè Fata utraq; captans,
Ista verendo foves; illa ferendo domas.
Victorem ô magnum! sortem qui sperat utramq;
Nec pavidè adversam, neve secundam avidè.
Victorem ô magnum! sortem qui vincit utramq;
Hancq; verens humilis; illam alacrisq; ferens.
M. CASPAR CONRADUS P. C.



NOBILIS. VIR
PHILOSOP. ET MEDIC.
DOCTIS.
DN. DOCTOR
DANIEL BUCRETIUS

ΑΝΑΓΡΑΜΜΑΤΙΖΕΙ.

DELIBERA JUNCTUS.

Es junctus Christo atq; agris : Delibera; abibit
Morbus ab egrotis, auxiliante DEO.

ALITER.

DEUSNE TIBI LUCRA?
Ipse Deusne Tibi caelestia Lucra negabit,
Tam promptâ cordis pro pietate tui?

DANIEL RINDFLEISCH.

NIHIL REDDENS FALCI.

Sum Medicus, medicâdo tua, Mors improba, Falci
Nil reddens; Testes arsque fidésque mihi.

SIM. GRUNÆUS.

DANIEL BUCRETIUS.

TIBI LUCERNA DEUS.

Mundus amat tenebras: Luce ergo opus atq; Lu-
Hac lucem foveat; dirigat illa pedes. (cernâ :
Præstat utrumque DEUS. Lux est: illuminat : &
Elucet, Verbum jure tuetur ope. (quo
B 5 Hinc

Hinc Fidei mihi Lux : hinc Vita Lampas hone.
Orbitaq; ad Vitam non dubia atheriam. (ste:
Mundus amet tenebras: Tu lucis amore triumphā,
Mens mea: nā Tibi Lux atq; Lucerna Deus.
JOAN. TIMÆUS P. L.

DANIELUS BUCRETIUS.
EN DIUS CURABIT LUES.
Infestat loca quæq; lues, si lumina vortas
In loca cuncta Orbis, regnat ubiq; lues.
Sic punit jam Jova suos. Curabit at iste
En Dius tetras pestiferasq; Lues.
M. BALTHASAR EXNERUS P. C. L.

DANIEL BUCRETIUS.
LENI TURBA DECIIUS.
Indigitet cur te Decium hoc Metagramma, rogabis
BUCRETI? causas en tibi habe Decii.
Nec falsas. Decios Patriæ nam vincis amore,
Quos Servatores Roma suos celebrat;
Imperturbati qui animam objecere periclis,
Turbatam curis Curiam ut eriperent.
Tu magis. Illi Urbi auxilio semel esse valebant;
Tu Patriæ ad siduo promptus es auxilio.
Illi hostem Patriæ pellebant manibus: urbe
Tu patriâ pestem, mortiferamq; luem.
Quo magis hæc hoste est quovis immanior; hoc Tu
Es major decies, sive decem Decius.
Nec satis. Illi armis, turbis quæ plena; togâ Tu,
Et Leni turba ritè cluis Decius.

Cedunt arma togæ : Decios tibi cedere fas est,
Te Servatorem Bresla suum ut celebret.
Vive modò. aternum cum Bresla laus tua vivet,
Cum Româ cernis vivere uti Decios.
M. CHRISTIANUS ACIDALIUS.

DANIEL BUCRETIUS.
EN TU ALCIDES URBI.
BUCRETI, Alciden meritò ut te dicere possim,
Alcides virtus par tua commeruit.
Vicerit ille feras sanè laude inclutus, irâ
Immisit quotquot Juno fremens rabadâ.
Haut minor ipse tamen monstrû sævissima vincis,
Quotquot habent animo, corpore quotquot ha-
Morborem tollens inprimis pessima monstra, (bêt.
Pestiferam patriâ pellis ab urbe luem.
Idcirco En patriæ Alcides BUCRETIUS Urbi
Tu cluis, & samâ concelebrabere anu.
Idem.

DANIELUS BUCRETIUS.
CLARUIT E NUBE SIDUS.
Ut Nauta, intentent mortem licet omnia, Sidus
Si geminum mediis clareat è tenebris,
Latio insurgit remis, aptatq; potenti
Antennas malo jam immemor ipse mali.
Sacraq; Neptuno peragit, qua moris, & ipsos
Tyndaridas grato muncre pacificat.
Polluta

Polluta sic, **BRESLA**, lue tibi, & undiq; tristis
Tot carum miseris exsequiis capitum,
Claruit ob faustum Sidus **BUCRETIU** s! atra
E Nube atratas mox abigens tenebras.
Claruit ob faustum Sidus **BUCRETIU** s! agros
In mediâ Mortæ sauce revivificans.
Hoc ergo ut faustum tibi claruit incluta **BRESLA**
Sidus, age, infaustas abjice tristities.
Indue nunc niveas, vestes nunc exue pullas,
Injustoq; valens dic **VALE** Justitio.
BRESLA modis exsurge modò lata omnibus, omni
Tuta lue, ulterius non memor alterius.
Et votiva tuo tua fer jam munera plenis
Neptuno manibus, candidulisq; animis.
Tyndaridiq; tuo, meruit quæ, munera prabe,
Præbeat ut faustos ipse tibi radios.
Et tu, **BUCRETI**, Patria quia Sidus es, idem
Illustre obscuro sis mihi sidus age!
Idem **ACIDALIUS**.

DANIEL BUCRETIUS.
EN TALI DECUS URBI.
Quis numeret decora illa, tua est quævis **BRESLA** de-
cõra,
BUCRETI, extra omnẽ vah numerũ! innumera?
Quæ numerare potis quia non: ex omnibus unum
Innumeris, minimum nec, numerabo Decus.
En tali tantum Decus est **BUCRETIUS** urbi,
Unicum uti numero sit super innumera.
Idem.

DANIEL BUCRETIUS.
LAUDE TRIBUS VINCES.
Laudatis tua **BRESLA** viris laudanda triumphat,
BUCRETI, eximiis eximia & tribubus.
Sed tu si fausto pede sic perrexeris, omnes
Laude tribus vinces laudibus eximias.
M. **ACIDALIUS**.

DANIEL BUCRETIUS.
NÆ DILECTUS URBI.
BUCRETI, Næ Tu Medicus Dilectus es urbi!
Næ Tu præ reliquis es Medicus Medicis!
Ingenio reliquis namq; es quò faustior; arte
Faustior hoc reliquis: teste vel Invidiâ.
MELCHIOR AGRICOLA P. L.

DANIEL BUCRETIUS.
EN DIVUS CLAREBIT.
Si Sophus & Medicus divus adscribitur; aut is,
Arte in quo constant cuncta parata simul;
Divus clarebit **BUCRETIUS**, omnia doctus:
Aut nunquam, solum nescius id, quod erit.
Ars sed alünanti quid non, nisi cuncta dat? Ars dat
Esse hominem ante homines Divum, homin. m
ante Deum.
Idem.

DANIEL BUCRETIUS.
DE ARTIBUS IN LUCE.

De

De artibus in luce est BUCRETIVS; omē ait: sed,
Sum de BUCRETIO in luce, BUDORGIS ait.
Idem.

DANIEL BUCRETIVS
WRATISLAVIENSIS.

adsumt adsp.

Sive citus, seu tardus obis (sed id opto) BUCRETI,
DE VITA IN CHRISTI VULNERE SAL-
VUS ABIS.

Vel.

Esto: BUCRETI, TIBI, quidquid ubiq; malorū est,
INVIDEAT: CHRIRTI VULNERE SALVUS ABIS.

BIBL. UNIV.
VRATISLAV.
AGRICOLA.

DANIEL BUCRETIVS.
CLAREBIS NUTU DEI.

Nobilitatem, hodiē qua plurimi habetur, Iōpas,
Pluria pra reliquis quod ara habet, unū habet;
Nobilius nec se quicquam mage nobile novit,
Nobili ubi pictos stemmate novit avos:
Rari, quos galeā PIETAS, quos agide VIRTUS,
Ravior & quos insignit in Orbe FIDES.
Tuq; es, si quis erit, BUCRETI Maxime hic unus,
Ille, virū exemplar nobile Nobilium:
Ille unus verē es, cū insignia clara laborum
Quēis sua DI monstrant vendita dona, data;
Ipsus & es, PIETAS cui Cordi, atq; enthea VIRTUS,
Quemq; FIDES fictā haut Religionē animat.
Insuper

Insuper ad Divūm ut satagis decurrere honores,
Clarior an quis Te Nobiliōrve viro est?

Maēte animo hoc vir maxime Nobiliū omnium,
Nobilior longē hoc, nobilitate praes: Iōpam,
Maēte Tuā PIETATE, Tuā & VIRTUTE FIDEQ;

His BUCRETIADUM Nobilium arma refers:
Maēte ausis porro caelestibus, atq; ita ceptum,
Currere inoffenso tramite pergito iter.

Auguror! ominibus tua sunt uti consona nostris
Nomina: Clarebis nutu aded usq; DEI.

VALENT. LUDOVICUS Lig.
J. U. Stud. ac N. P. Czf.

DANIEL BUCRETIVS.
I TU CURANS DEBILE.

BUCRETI, A sclepi magnum genus à satū, & idem
A satū item magno magnū Aganippidū epos:
Quod tibi cum morbis nunc est, & morte, duellū;
Quaeq; tuā hinc veniunt clara tropēa manus
Ante-videns Genius, plenis expressā figuris,
Pressā ut ut, haec voluit nomini inesse tuo.

ITU, BUCRETI mi, ITU, & quod-debile-cumq;
A morte, à morbis, dextrā ope restitus.

Planiter expressum, completum pleniter est nunc:
Expressa & presso de omine res loquitur.

ITU ergo, & curans, quod-debile-cumq; peren-
Vivacis Famæ pange tibi titulos. (nēs

M. CASPAR CONRADUS P. L.

DANI-

DANIEL BUCRETIVS.
LIBET? DURA VINCES.

Quid gnomen aliunde tuo pro lemme queras,
BUCREADE? lemma en, accipe, nomen habet.
Dura(libet?)Vinces; ait hoc; metagrammate:
sed Tu,

Vinco ferendo: an. non optimo utrumq; modo?
Vincere dura libet: vinces; sed dura ferendo:
Victrix hanc una hac vim Patientia habet.

Idem.

Daniel Kindfleisch.
Seid aln freindlich.



Omnibus humanus; nulli non comis; amicus
Ingenuis; mitis corde; manu facilis. (imo
De te hoc quis negitet, BUCRETI ô amabilis?
Omne hoc in te uno, quod probet, omnis habet.

CONRADUS.



Konserwację i oprawę
wyk. Małgorzata Kruk
1999





